



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta**

**Neuhusii Paderbornae, 1710**

Annus 1672.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29436**



que ac tertio Messanæ non sine cædibus ac incendiis, jam à popularibus adversus Nobiles ob caritatem annonæ, jam à Nobilibus adversus Ministros Regios prætextu conservandæ libertatis, quam à Præfecto rerum militarium inductione militis Hispani imminutum iri querebatur Nobilitas.

Nec Rhenus inferior vacavit tumultibus ob orta dissidia inter Electorem & civitatē Coloniensem, Electore patrocinium Ludovici, Civitate Leopoldum libertatis vindicē interpellante. Hujus armis sub Marchione de Grana repressus conatus eorum, qui in turbido piscari nitebantur.

Dum Polonia laborat intestinis diffidiis, Turcæ juncti rebellibus Cosacis irrumpunt in Volhyniam, & Podoliam obsident, capiuntque Camnieckam, etiam potituri Leopoli sive Lembergo, nisi pax ignominiosa non minus quam damnosa obsidionem solvisset.

### ANNUS 1672.

**E**Verardus Nitardus annitente Regina Hispaniæ, cui à Confessionibus fuerat, promovetur ad purpuram, ut eò splendidius ornare possit characterem Oratoris Coronæ Hispanicæ, quo anno elapso insignitus fuit.

Eru-



Erupit tandem hoc anno bellum Gallicum, quod aliquot annos adversus Batavos meditatus fuerat Rex Ludovicus; Exercitibus tribus sub tribus Ducibus cis & trans Rhenum res agi ceptæ à Gallis eâ celeritate & felicitate, ut ipsum Amstelodamum cepissent, si ante obsessum Noviomagum petiissent.

Aucta Hollandorum calamitas à Gallorum fœderatis Rege Angliæ, Electore Coloniensi, & Bernardo Episcopo Monasteriensis, qui Status fœderatos graviter afflixerunt. Motâ inde in seditionem plebs Hagæ Comitum, nece duorum fratrum Cornelii & Joannis de With, qui credebantur auro externo corrupti pessumire libertatem patriæ, litavit furori publico. Eâdem adnitate delata rursus suprema armorum Præfectura Wilhelmo Henrico Principi Auriaco, cui duo enecti hæctenus obstiterant.

Novos motus cient in Hungaria Rebellionum Reliquiæ sub Comite Balassio, Kalo, Eperieffam, & alias nonnullas urbes intercipiunt, latèque incendiis, cædibus & rapinis grassantur, plura aufuræ, nisi repressus seditionosorum furor à copiis Cæsareis, ab inferiore immissis in Hungariam superiorem,